UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CXXXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

ſuo feneſtras facere, per quas poſſit puellam in domo
uicini, uel religioſos intra monaſteriũ uidere, ueluti
loquuntur Petr. Cyn. & Bal. in d. l. altiùs, quoniam ui-
dere puellam, & religioſos non eſt iure prohibitum,
tamen dicetur prohibitum eleuare murum, & in eo
feneſtras facere, ex quibus moniales poſſint ab huma
nis aſpectibus cerni, & inſpici, nã hoc dicitur eſſe ab
honeſtate alienũ, & ex hoc materia laſciuendi dare-
tur, uel dari poſſet, quoniã moniales à publicis, & mũ
danis aſpectibus omnino ſeparatę eſſe debent, ut libe
riùs Deo ualeant inſeruire, & laſciuendi opportunita
te ſublata eidẽ corda ſua, & corpora in omni sãctimo
nia diligẽtiùs cuſtodire, ut de hoc eſt tex. notabilis, &
ad literam, in c. 1. de ſtatu regul. in 6. per quem decla-
rantur ea, quæ ponunt doct. in d. l. altius: & Bal. aliiq;
ſupra, dicti, in d. l. altius inquiũt, ꝙ ad ęmulationem
quis non poteſt facere feneſtram, per tex. in d. l. opus,
ubi Bar. dicit, quòd ad ęmulationem quis dicitur face
re, quando facit ad uerecundiã: † uerecundia aũt dici
tur pudor, uel timor, propter quem ab illicitis ceſſa-
tur, ut in propriis terminis declarat Domin. de Sanc.
Gem. in d. c. 1. de ſtatu reg. in 6. per illum tex. nã uere-
cundum eſt, moniales non eſſe ſeparatas à conſpe-
ctibus publicis, ut ibi, ſed ad uerecundiam, & æmula-
tionem feneſtræ fieri non poſſunt, ut ſupra, ergo non
poſſunt fieri, ut ex eis moniales intra monaſteriũ, eiuſ
que clauſuram uideri ualeãt, quia hoc contineret ue-
recundiam, & æmulationem, & pudorem ut in d. c. 1.
Et ideò cum magno miniſterio, Bal. & alii in d. altiùs
exemplificant, & loquuntur de religioſis maſculis, &
de puella, & non de monialibus, quoniam nõ eſt uere
cundia, nec pudor videre puellam, uel religioſos ma-
ſculos, ſed ſolùm moniales intra clauſuram monaſte
rij: & & quãuis Bart. Cepol loquatur etiã de moniali-
bus, tamen ipſe ignorauit, ſeu non uidit, tex. in d. c. 1.
de ſtatu. regu. in 6. & mens ſua fuit loqui in terminis
Bal. & aliorũ, in d. l. altiùs, quos ipſe allegat, qui loquũ
tur de religioſis maſculis, & non de monialibus, di-
ctumq; doctoris debet intelligi ſecundum ea, quæ al-
legat, Bar. in l. nõ ſolùm, §. liberationis, ff. de libera. le
ga. Et ex prędictis hanc eſſe ueriſſimam concluſionẽ
indiſtinctè exiſtimo, quòd non eſt licitum alicui pri-
uato murum ſuum eleuare, & in illo feneſtras facere,
ex quibus poſſit moniales intra clauſtrum, & mona-
ſterij domum cernere, ac uidere, quia hoc eſſet ad ue
recundiam, & ad ęmulationem, & contra prohibi-
tionem canonum, qui mandant ipſas debere eſſe pe-
nitus ſeparatas à conſpectibus publicis, & mundanis,
1 alioquin † de iure poſſunt huiuſmodi ędificia tanquã
contra publicam utilitatem, & in dedecus diuinum
facta deſtrui, ac demoliri, prout iam fortè diuino iu-
dicio ædificium dicti Ioannis cœptum eſt dirui, &
hoc arg. tex. not. in l. ſi cui, & l. mœuiana, C. de ædific.
priua. & ex his apparet reſponſum omnibus, quæ ſu-
pra in contrariũ adducta fuerunt, ac etiã adduci po-
tuiſſent, ex quibus clarè conſtat de bono iure dictarũ
monialium, uel ſaltẽ negari non poteſt, quin ex præ-
miſſis res fuerit effecta dubitabilis adeò, ꝙ omnino
ad fauorem ipſarum monialium eſt pronunciandũ,
2 quia † in dubiis optima eſt ratio, quæ pro religione fa
cit, l. ſunt perſonæ, ff. de relig. & ſumpt. fun. c. fi. de re
iudi. & c. ex literis de probat. cum ſimilib. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Via uicinalis quando ut publica iudicetur.*
2 *Via uicinalis publica an aliquo temporis ſpatio præſcribi poſſit, & num. 6.*
3 *Via publica à priuatis alienari non poteſt.*
4 *Loca iure gentium communia, ſeu publica non poſſunt longæ poſſeſſionis præſcriptione acquiri.*
5 *Viæ publicæ uſus eſt publicus, ſeu iure gentium communis.*
6 *Ea, quæ ad publicã utilitatẽ pertinent, quo tempore præſcribãtur.*
7 *Præſcriptio temporis immemorialis habet uim conſtituti, & tituli, ſeu priuilegij.*
8 *Et illã probare ſatis eſt ẽt in iis, quæ ſine titulo haberi non poſſunt: Nec in ea titulum allegari oportet nu. 10.*
9 *Regalia aduerſus principem, & ciuitatem quo tempore præſcribantur, & acquiratur.*
11 *Viæ publicę dicuntur eſſe de regalibus.*
12 *Inſignijs maiorum quando inferiores uti poſſint.*
13 *L. uiam, ff. de uia publi. declaratur.*
14 *Vias publicas quõ populus, ſeu ciuitas uendere, uel donare poſſit.*
15 *Priuilegium, & conceſſio principalis intelligitur ſine præiudicio iuris alterius etiam quoad ſolum poſſeſſionem.*
16 *Et quando etiã modicũ, & paruum pręiudicium comprehendãtur.*

E P I T O M E.

VIAM puplicam ſpatio tanti temporis, de cuius
initio memoria in contrarium non extet, præſcribi,
ut de publica efficiatur priuata, hìc demonſtratur.

CONSILIVM CXXXVI.

1 IN cauſa uiæ uicinalis, † de qua iudicatur,
ut de publica, propterea quòd à principio
iter non fuerit conſtitutum ex collatione
uicinorum priuatorum iuxta l. 2. §. uicina
les, ff. ne quid in loco publi. uel quia in eam exitur de
uia militari, aut conſulari, ſeu de flumine publico iux
ta, d. l. 2. §. priuatæ, aut quia de illius confectione non
extet memoria in contrarium, ſeu quòd exitum ha-
beat ad uiam, publicam, & ad publicum flumen iuxta
2 l. 3. ff. de locis, & itin. priua. utrum † per circunuicinos
huiuſmodi uia aliquo longo temporis ſpatio aduer-
ſus tranſeuntes præſcribi potuerit, ut de publica effi-
ciatur priuata, & non poſſe primo aſpectu uidetur di
cendum, per tex. no. in l. uiam, ff. de uia publ. & itin.
pub. reficien. ubi uiã publicam populus non utendo
amittere non poteſt, & ſecundum glo. ibi ſi etiam per
centum annos itum non foret, præſcribi non poſſet,
& hoc fauore publicæ utilitatis, & iſtud ſequũtur Mo
der. Veron. in tit. de ſerui. uiæ in 6. col. uerſi. qnæro 9.
3 Prætereà † uia publica à priuatis alienari non poteſt,
l. continuus, §. cum quis, & ibi, gl. & Doct. ff. de uerb.
obliga. l. apud iulianum, §. fi. ff. de lega. 1. l. ſed & cel-
ſus in prin. ff. de contrah. empt. cum ſimilibus, ergo
nec poterit aduerſus populũ, & tranſeuntes præſcribi
l. alienationis uerbo. ff. de uerb. ſignifi. & ibi gl. & l. 1.
4 in fi. ff. de fundo dot. Tertiò † facit tex. in l. fi. ff. de uſu
cap. ubi ea loca, quę iure gentium cõmunia, ſeu publi
ca ſunt, longæ pręſcriptionis poſſeſſione acquiri non
5 poſſunt, ſed † uiæ publicæ, uſus publicus, ſeu iure gen-
tium cõmunis, eſt l. 1. ff. de locis, & itin. pub. & l. 2. §. 1.
cum ſequen. ff. ne quid in loco pub. ergo &c. ¶ Qui-
bus tamen nõ obſtantibus contrarium eſſe uerius ar-
6 bitror, † quòd poſſit cõſuetudine, hoc eſt præſcriptio
ne tanti temporis, de cuius initio memoria in contra
rium non exiſtit, acquiri, quia tanto tempore prę́ſcri
buntur ea, quę ad publicam utilitatẽ ſunt facta, ut ſen
ſit Io. And. in reg. quod contra. de regu. iu. in 6. in mer
curialibus, dicens, ꝙ ad inducendũ unionem benefi-
ciorum habentiũ curam animarũ non ſufficit quæli-
bet prę́ſcriptio lõgiſſimi tẽporis, ſed neceſſaria eſt prę
ſcriptio tanti tẽporis, de cuius initio nõ exiſtit memo
ria in contrariũ, §. põt. 16. q. 3. l. præſcriptio, C. de ope.
pub. l. cõpetit, C. de præſcrip. triginta anno. & Alex. in
7 conſ. 101. in 1. col. uolu. 6. † Talis. n. præſcriptio habet
uim cõſtituti, & tituli, ſeu priuilegij, ut in l. 3. §. ductus
8 ff. de aqua quotid. & æſti. & † ideò ſi quis aliquem titu-
lum pro ſe alleget etiam in iis, quæ nõ ſolent, nec poſ
ſunt haberi ſine titulo, & quæ ſint contra ius commu
ne, uel contra utilitatem publicam, ſatis eſt, quòd

probet

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

probet ſe,& ſuos fuiſſe uſos per curſum tanti tẽporis, de cuius initio non exiſtit memoria in contrariũ,puta per annos centũ,& ultra,ut eſt tex.cũ gl. in c. 1.in fi.
9 de præſcrip.in 6. & propterea† regalia, quæ ad ſolùm principẽ, aut ciuitatẽ pertinẽt,poſſunt aduerſus illos tãto tempore præſcribi,& acquiri,ut in c.ſuper,§.præterea,de uerbo.ſignificatio.ubi glo. dicit,ꝙ uſus tanti temporis facit ius,& priuilegiũ:quo fit,†ut in tali prę
10 ſcriptione nõ requiratur allegatio tituli,etiã in ijs,in quibus aliàs nõ procedit præſcriptio lõgiſſimi tẽporis,niſi titulus iuſtus allegetur,atq; probetur,ut ibi,& habetur,in d.c.1.in fi.& facit,l. 1.§.ultimo,ff.de aqua plu.arcẽ.cũ ſimilibus:ſed† uię publicæ dicũtur eſſe de
11 regalibus,Bal.in c. 1. quæ ſint regalia in uſu feudo.ergo abſq; alio titulo pręſcribi,& acquiri poſſunt ſpatio tanti tẽporis,de cuius initio memoria in contrarium nõ exiſtit,& ita in indiuiduo tenet, & ſequitur Bal.in d.c.1.in pen.col. quòd ad præſcribendũ contra libertatem tranſeuntiũ requiritur illud tẽpus, de cuius initio memoria in contrariũ non exiſtit:& ibi dicit etiã, quòd ea, quæ nituntur ex præſcriptione, ſeu propriè loquẽdo ex conſuetudine quadam præſcribuntur, & acquiruntur tempore, de cuius initio &c. quoniam talis præſcriptio, & conſuetudo æquiratur priuilegio cõceſſo à principe & ex certa ſcientia, d.§.prætereà,ſi uerò nõ eſſet conſuetudo tanti temporis , nõ ſufficeret,quia uia publica non præſcribitur tali tẽpore breuiori:& ſic Bald.ibi in terminis uoluit uiã publicam poſſe præſcribi tẽpore, de cuius initio non exiſtit memoria in contrariũ,& conſequẽter ipſe intelligit tex. in d.l uiã,dum prohibet uiam publicam perdi per nõ uſum populi,loqui non de uſu tẽporis,de cuius initio non exiſtit memoria in contrariũ , ſed de alio uſu tẽporis breuioris,& facit id,quod uoluit Roma.in rub. de arb.col.20.uerſic.Ang.contra, & meliùs Ang.in l. 1.C.de rei dominicæ,ubi res Cæſaris, & iura regalia, ac alia huiuſmodi , ut ſunt reſeruata Romanę eccleſiæ,ſeu imperio in ſignũ ſpecialis præminẽtiæ, & prælationis iuxta no. in c. 1.de translatio.prælato.& in c. quod ad translationem de offic.deleg.quę præſcribi etiam ſpatio quadraginta annorum prohibentur ad tradita per Io.Andr.in c. 1. de cleri.ægrotan.in 6 .acquiruntur,& præſcribuntur curſu centũ annorum,& ſic tanto tẽpore,de cuius initio nõ extat memoria in contrarium:& hęc approbat,& corroborat Roma.in ſing.291.incipien.nunquid uſus inſigniorum,qui di-
12 cit,ꝙ†inferiores uti poſſunt inſignijs maiorũ , ſi hoc fuerit conſuetum,& pręſcriptum ſpatio temporis,de cuius initio non extet memoria in contrariũ , ut per Hoſtien. in c.cum contingat.de ætat.& qualita.alioquin ſecus,ut per Io.And.in c.Abb.de priuile. in 6.& hoc ſequitur Roma.in loco pręallegato per tex.in d. c.ſuper,§.præterea,ſubdens,quòd ea,quæ princeps ſibi in ſignum ſpecialis priuilegij reſeruauit, poſſunt illa lõgiſſima conſuetudine præſcripta ab inferiore prę
13 ſcribi,& acquiri.Et ex prædictis colligitur,†quomodo debeat intelligi text.in d.l.uiam,ff. de uia publ.nã reſtringi debet ad uſum temporis, de cuius initio extet memoria,ut quia populus non fuerit uſus uia publica per annos triginta aut quadraginta. Secus ſi nõ fuiſſet uſus per annos cẽtum, quia tunc uſus uiæ eſſet deperditus,& illius proprietas acquiſita eis, qui fuiſſent in poſſeſſione uiæ per prædicta . Nec obſtat id , quod uoluit glo.in d.l.uiam.contrariũ uolens ratione publicæ utilitatis , quia illius dictũ non eſt aliquo iure fundatũ, arg.l.illam, C.de collat.iunctis not.per Bar.in l.nemo,C. de ſentẽ.& contrariũ eſt uerius, nõ obſtante utilitate publica, ut conſtat ex prædictis ,& præcipuè ex iis,quæ uoluit Bal.in d.c.1. quæ ſint regalia.¶Nõ aduerſatur etiã illis de Beninis conceſſio, &

donatio facta aduerſarijs per cõmune Bono-
14 niam & † ſi ciuitas, ſeu populus poſſit uias p
uendere,donare, ſeu cedere alteri priuato, u
oſtendunt Moder. Veron.in tit.de ſerui.uiæ
col.tamen hoc intelligitur, dũmodo ex hui
cõceſſione non præiudicetur iuri alteri qualis
aliter , ut in l.2.§.merito, & §.ſi quid à principe
quid in loco publ.& tertius dicitur damnũ pa
fectũ,ut gratia, & cõceſſio facta non ualeat, q
commodũ,quod habebat,amitteret, ut eſt te
15 merito, & † ideò ſi tertius erat in poſſeſſione
uiæ,& præſertim ſi poſſeſſio illa eſſet iuſta,ut
ſeſſio lõgi,ſeu longiſſimi tẽporis annorum c
ultra.iuxta,d.c.1.in fi.de præſcrip.in 6. cõceſſi
à principe,& ciuitate ad præiudiciũ ipſius po
nõ ualeret, quia magnũ eſt commodũ poſſeſ
& in terminis hoc probatur per tex. in c.dudũ
uileg.ubi priuilegiũ alicui à Papa conceſſum
ſoluendis decimis noualiũ non cõprehendit
cimas,quas alius poſſidebat , nulla de ea poſſ
mẽtione facta:& nota illũ text.quia loquitur
ſeſſione ſimpliciter, & ſic ẽt de poſſeſſione
ris ſimpliciter,illi.n.derogatũ non cenſetur
ſeſſor eſt in ea poſſeſſione tuendus, in qua r
non obſtãte priuilegio, ut ibi eſt caſus, nã e
eſt in ſua poſſeſſione tuẽdus,c.in literis,cũ
reſtit. ſpolia.cũ ſimilibus.Prætereà expreſſè
tas Bononię in ſua cõceſſione excepit iniuri
damnũ,ut dicit tex.in d.§.merito,& præiudi
libet priuati,vt ex tenore conceſſionis appa
in caſu,de quo agitur,uidetur exceptũ præiu
damnũ ipſorũ de Beninis,& aliorũ,qui erant
li poſſeſſione ipſius loci,quoniã,ut dixi, hoc
ciũ poſſeſſionis eſt in hac materia in cõſider
ut in d.c.dudũ,& facit tex.in c. ſuggeſtũ, & in
cũ ſimili.ubiq; not.de priuileg. Prætereà,ut d
16 re ſoleo,† ex quo lex ſubintelligit tacitè in p
& conceſſione principis,dũmodo tertio no
tur damnũ,ſeu præiudiciũ, d.§.merito cũ ſim
in conceſſione , & gratia expreſsè,& ſpecialit
tur,dũmodo alteri priuato damnũ,ſeu præiud
inferatnr,talis expreſſio operabitur,ut intell
de modico,& paruo p̃iudicio ad hoc,ut expr
quid operetur.argumẽto eorũ,quæ uoluit Sa
licet,in fi.uer.C.locati,& l.ſi quãdo,ff.de leg.
batur,in d.§.merito,in uerſi.& ita ſolet princ
ties aliquid concedit,permittere, &c.& facit
uoluit,Roma.in ſingu.474.inci. emphyteot
teſt,qui plura adducit.Et ex prædictis remane
ta illa, quæ ſupra in prin.pro parte cõtraria fu
legata,nã procedunt,quando non extaret cõ
ſeu præſcriptio tanti tẽporis, de cuius initio n
ſtit memoria in contrariũ:& id,quod dictum
uenditione,& donatione uiæ,facta à princip
uitate,quòd ualeat, procedit, quando non ag
de præiudicio alterius , qui ius haberet, & ſa
hoc,ut non ualeat, quòd agatur de præiudici
ſionis,ut declaratum fuit. Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Conſuetudo antiqua, de cuius initio memoria non exiſtit,*
in materia uectigalis non minus, quàm ſpeciale princ
legium operatur.
2 *Conſuetudo ex quibus probetur.*
3 *Super Datio ſoluendo compoſitio,conuentio, & remiſſi*
rijs cum mercatoribus de iure fieri poteſt.
4 *Et quibus ea noceat , aut proſit.*
5 *Conſuetudo quando ſolùm particulares,& quando gener*
nes etiam in futurum liget, & num. 11.
6 *Vectigalis exigẽdi ius quãdo , & à quo ad perpetuũ ci*